

REVERENDO, NOBILI, ATQVE AMPLISSIMO VIRO, DOMINO IOHANNI EGENOLFFO A KNORINGEN, CATHEDRALIVM Ecclesiarum Herbipolensis Scolastico, Augustanæ Custodi, nec non vtriusq; Canonicō dignissimo, Domino suo plurimum colendo. S. P. D.

75



Vanta pars hominum, quadam Cyclopica immanitate, religiones excutiat, Leges tanquam iniustum carcerem, exosas habeat, Imperia vero, tanq; luri naturæ contraria, & vi quadam, sine Deo constituta, ferre recuset: deterrimus nostrarum rerum vultus, & vix mediocris Reipub: apparetis forma, satis demonstrat, Domine amplissime. Si autem, parum iugales huiusmodi boues, aliquomodo sanius cogitarent, quam nullo modo societas ciuilis (qua nihil pulchrius, dulcior, aut in vita utilius) conseruari, plantari, & sine legibus, earundemq; expeditionibus, tueri possit: leges, & Imperia, tam ægre haud paterentur, sed colla iugis placidiores præberent. Quæ, per Deum immortalem, rerum omnium confusio, quæ vita, quæ non à brutis dissimilitudo, si homines, pro affectuum impetu, huc, illucq; rapiantur? Nemo sane non videt, quam necessariæ nobis sint leges, Magistratus, & Imperia, sine quibus, nulla Reipub: consistere, nulla æquitas statui, nulli tutum aliquod receptaculum esse posset. Itaq; ego, cum doctissimis Iuris alumnis, aliquam materiam in Iure, publicè discutiendam, proponere, in animo haberem: hanc de Imperijs, & Iurisdictionibus desumere placuit. Præcipue verò ob id, quod passim apud Principes, & territoriorum Dominos, de ijs Iuribus, plurimas controværias, & concertationes, nasci videam. Te vero Domine amplissime, de me candide sentientem, tanquam mei honoris vindicem, & huius palestræ præsidium, elegi. Ut sic, à roforum, & obtrectatorum mortibus, tuo patrocinio suffultus, tutior consistam, alacriorq; dimicem. Liuidi, si partim etiam similem suscepimus prouinciam, cum maiore laude, quam vel ego sim facturus, deuicerint, aut partim deuincere posse, sibi confidant: æque tulero, ut in Apolline, cum Principibus viris cœnent, dum mihi vestibulariam sportulam non inuideant. R. T. A. hoc quicquid est muneris, placide suscipiat. Valeat in columnis diu, & me amet, ornetq;. Ingolstadij II. Non: Septembris. Anno M. D. LXIX.

T. R. A.

Addictissimus.

Hieronymus Stor de Ostrach.

Summæ Triadis auxilio: annuentibus Decano, cæterisq; clarissimis, ac excellentissimis, facultatis Iuridicæ Professoribus: Præside uero Iohanne Richardo ab Oß, Sylvæduensi, l. V. D. Codicis, & ordinario Institutionum Professore: subsequentes conclusiones, pro uirili defendere conabitur. H. S. D. O.

Disputatio difficilimæ, & famosissimæ L. Imperium ff. de Iurisdict: om: Iud:

I.

I. Rustraneas fore Iuris præceptiones, si casdem non contingere ad effectum perduci, aut exequi: neminem esse, qui ignoret existimamus.

II. Eius autem effectus, seu executionis instrumentum, esse Iurisdictionem constat.

III. De hac uero disputaturi: operæ premium ducimus, explicare quid sit Iurisdictione.

III. Iurisdictionem igitur in genere sumptam, definimus esse, potestatem de bono publico introductam, cum Iuris dicendi, & æquitatis statuenda, necessitate.

V. Cuius exercitum, eos habere liquidum est: quibus, & quantum idem, ex priuilegio, uel lege, uel consuetudine competit.

VI. Iurisdictionem in genere, diuidimus in Imperium, & Iurisdictionem in specie, siue simplicem.

VII. Verum, uarie Imperium sumi nouimus. Nos autem, de Imperio, ad Magistratus, & Iudices pertinente, conclusiones propositas intelligi uolumus.

VIII. Idq; duplex esse dicimus: aut enim est merum, aut est mixtum.

IX. Merum Imperium, optime definiri posse putamus: Quod sit Iurisdictione, gladij potestate instructa, qua ad publicam utilitatem, in facinorosos animaduertitur.

X. Meri Imperij, quemadmodū et mixti, et Iurisdictionis simplicis, DD. plures gradus constituunt: nos autem cum legibus non probentur, omittendos censemus.

XI. Quocunq; uero Instrumento, uel medio, criminosus puniatur: gladij potestas dicitur.

XII. Appellatur autem merum Imperium, quod à priuata utilitate remotum, & depuratum esse debeat: nec in eius expeditione, priuatorum interpellationem expectari, aut sequi necesse sit.

XIII. Nobile Iudicis officium siue Imperium ad priuatam utilitatem interpositum: Imperium mixtū constituit, quasi Iurisdictionis simplicis particeps, atq; cum ea commune quid habens.

XIII. Exemplo fuerint, missio in honorum possessionem. In integrum restitutio. Item executiones ciuiles, cum similibus.

XV. Iurisdictione simplicem, siue in specie, dicimus esse, Iurisdictione potestatem, ad utilitatē priuatā, officio suo, actioni deseruientem.

XVI. Que Iure Magistratus competunt, delegantur.

XVII. Que uero specialiter, lege, uel S. C. uel. Constit: Princip. tribuuntur, mandata Iurisdictione non transferuntur.

Impertinentes. I.

A poenæ irrogatione, cum de crimine quis conuictus est: prouocatione admitti non debet.

II. At si quis inoxium se, aut ea quæ irrogata est poena, legis dispositione se non afficiendum esse diceret, audiendus est.

III. Vecigalia, nullus absq; summi Principis concessione, nouiter imponere, aut ultra quam uel lege, uel consuetudine est impositum, exigere potest.

III. Contra illicite exigentes, infra annum in duplum, et post annum in simplum: & nihilominus ex generali uiborum raptorum edicto, etiam furti actio competit.

V. Ob non solutum uectigal (exceptis milite, uel pupillo, qui tandem etiam ante triginta dies soluant,) res statim in commissum cadit.

Disputabuntur hæ Theses (fortunante Deo) proxima die Venetis, quæ erit IX. Septembris, circiter medium octauam in scholis Canonistarum.

Ingolstadij excudebat Alexander Vveissenhorn.

REVENDO NOBIS ATQUE AMPLISSIMA

Hinomiyazaki soft-decay

A. B. TAYLOR LIBRARY

A.Y.T.

Logofisj ex seudope Alexander Aeffenport